Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Praedicatorum Friburgensium lector - Cod. Ettenheim-Münster 191

Weisser, Philipp

[S.l.], 1628-1929

Dubium duodecimum

urn:nbn:de:bsz:31-117415

Visual Library

Dubium Duodecimum

In quo consistat Natura et Essentia Sex ultimorum praedicamentorum?

Absolutis quatuor praedicamentis restat ut de sex reliquis breviter et aliquid dicamus. Post qualitatem quo egit Aristoteles de praedicamento Actionis cuius ipse naturam et essentiam non aliter quam per exempla declaravit, sic n. ait: Actio est ut flagellare, aedificare &c. Verum nos essentiam actionis declaramus hoc modo. *Definitio Actionis.*

Actio est forma quaedam accidentalis qua agens constituitur activum tale, et dat esse effectui producto. *Essentia Actionis.*

Pro huius definitionis intelligentia nota quod in productione alicuius effectus 3. reperiuntur. Primum est ipsum agens seu causa producens, 2um est effectus productus. 3um est ipsa actio qua effectus producitur et acquirit aliquod esse, transitus de non esse ad esse, quae actio variis nominibus appellari solet, quoque n. vocatur influxus, quoque concursus, quoque vero et efficientia vel effectio.

3um

quam denique ipsum subiectum in quo effectus producitur
nisi forte sint actiones terminatae ad substantiam,
tunc enim non datur aliud subiectum distinctum ab effectu. exempli gratia
sit productio caloris in aqua, in cuius productione
proximum agens sive causa producens est ignis. effectus produc-
tus est calor, actio qua mediante calor recipitur est
est calefactio: subiectum autem talis effectus est aqua.
Explicatur modo definitio supra allata.
Dicitur actio imprimis forma quaedam acciden-
talis quia esse agens est aliquid in rebus, cum non sit
merum nihil, habens suam propriam essentiam, ergo habet
aliquam formam per quam in tali esse constituatur,
imperfectum est enim aliquid esse constitutum in aliqua essen-
tia; et hoc quod non habeat per aliquam formam.
sed haec forma qua agens constituitur agens, est
actio, nihil enim aliud super esse videtur per quod agens
formaliter constituatur in esse agentis. ergo actio
dicitur recte forma et accidentalis quidem, quia in
creatis nulla actio potest esse ipsa substantia vel
essentia agentis, hoc enim proprium est solius Dei. Et per
hoc quod actio sit forma accidentalis convenit cum
effectibus aliis productis qui sunt formae accidentales.
Dicitur qua agens actu constituitur tale. hoc est,
agens vel influens ad distinctionem formarum
permanentium, quibus quidem agens constituitur agens,
sed non actu, ut sunt formae substantiales
in compositis naturalibus. Item formae acciden-
tales permanentes tamen, ut potentia et habitus per quae
quidem constituitur res agens, sed non actu, nisi enim.

hisce

hisce citis propriis sequeretur actio, nihil fiet et hinc est quod actio denominet formam in actuali tum effectione seu productione, et sententiam quod hoc dicitur a nonnullis actio, actus ultimus agentis quatenus agens. licet n. forma et potius concurrant ad effectum producendum tamen non ultimo ut dictum est.

Addidi et in definitione ti dat esse effectui producto, ad declarandam maiorem vim actionis, et dependentiam effectus producti ab ipsa, quam pendentiam precedentes parcitas non sat explicarunt. Alii alio modo definiunt dicentes. Actio est forma a qua dicitur aliquid agere; ut v.g. calefactio est forma a qua ignis dicitur calefacere aquam vel lignum. haec definitio est bona quia data per effectum formalem actionis, sicut supra de definitione qualitatis satis dictum est.

Circa hoc subdividitur est aliquando dubium, an in illo tamen comprehendantur actiones transeuntes vel et immanentes. Actio immanens dicitur illa quae manet in agente a quo producitur, et ideo appellatur immanens; v.g. intellectio est actio immanens, quia manet in intelligente vel intellectu a quo producitur, et large loquendo illae omnes actiones dicuntur immanentes quae manent saltem in eodem supposito a quo producuntur: actio vero transiens est quae emanat ab agente non tamen recipitur in ipso, sed transit ad passum in quo effectus recipitur, ut calefactio est actio transiens quia emanat ab igne, non tamen manet in igne calefaciente, sed transit ad lignum vel

Actio immanens

Actio transiens.

aquam

agnum, in quo calor recipitur. De his ergo actionibus est dubium, an tum transeuntes, tum et immanentes pertineant in hoc praedicamento actionis. De transeuntibus nulla est difficultas, cum Autores et cum illo omnes praedicamenti, quoties huius praedicamenti mentionem faciunt, tum de actionibus transeuntibus loquuntur, quod magnum signum est tales actiones in hoc praedicamento collocari. De immanentibus vero maior est difficultas, nos ut veniamus in claram actiones immanentes pertinere alicuius termini productivas spectare ad hoc praedicamentum, nam ut differentiae quaerimus autem naturae reducuntur ad praedicamentum qualitatis, ut vero actiones productivae revocantur ad hoc praedicamentum actionis; v.g. in intellectu ratione differentiae convenimus naturae in intellectuali, spectat ad speciem qualitatis, ut autem est actio productiva naturae pertinet ad hoc praedicamentum, unde genus generalissimum huius praedicamenti erit Actio. Genera subalterna erunt actiones transeuntes et immanentes, species erunt aliae actiones contentae sub immanenti et transeunti ut intellectio, flagellatio, calefactio. Et probatur nostra sententia.

Geng generalissimum praedicamenti Actionis, est Actio.

1o Actionibus immanentibus productivis convenit definitio actionis praedicatis. ergo spectabunt ad hoc praedicamentum, consequentia patet, et antecedens est certum ex ipsa definitione.

2o Probatur. Actiones immanentes sunt verae actiones, ergo non debent excludi a praedicamento actionis. consequentia patet. probatur antecedens. ...itus est vera potentia, sed omnes

dis potius specificat à sua actione, quo et intelectio erit vera actio. et dicimus idem de aliis actionibus immanentibus.

Sextum praedicamentum est Passio.

Actionem sequitur Passio quae constituit tum praedicamentum quam Aristoteles tantum et exemplis quibusdam declaravit Passio est ut secari flagellari. Nos tamen passionis naturam explicamus hoc modo. Passio est motus procedens ab agente quatenus ut receptus à passo. Ubi ille ordo ad passum est ultima differentia passionis constitutiva, nam in calefactione debent tria distingui. 1o ordo ad ignem activè calefacientem. 2o. ordo ad lignum vel aliam materiam calefactam. 3o. ratio et tendentia calefactionis non explicite concepta, ordo ad ordinem ad agens vel patiens, si calefactio concipiatur in ordine ad agens à quo procedit sortitur rationem actionis. si vero ut ratio et tendentia caloris per se, habet rationem motus, quae pertinet ad praedicamentum qualitatis. si concipiatur in ordine ad passum ut quando ad lignum calefactum in quo recipitur habet rationem passionis. eadem ergo entitas calefactionis sub diversa formalitate spectat ad praedicamentum actionis et passionis.

Dotes Passionis praedicamentalis.

Proprietates actionis et passionis sunt duae. 1a est quod habeant contraria, ut calefactio contrariatur frigefactioni, non tamen ratione sui, sed ratione qualitatum. 2a proprietas est, quod actio et passio suscipiant magis et minus; unum enim agens dicitur magis vel minus agere quam aliud;

Solent hic multae difficiles quaestiones moveri, verum cum proprium locum habeant in physica, nos iam illis supersedemus.

Septimum

Septimum praedicamentum vocatur Ubi,

Definitio Ubi quid?

Et nihil est aliud quam quoddam modus accidentalis quo res dicitur formaliter praesens loco vero, et vocatur praesentia localis quae est modus intrinsecus inhaerens rei existentis in loco, et producitur per motum localem de quo in physica. Ex eo namque quia aliquis moveatur localiter de uno loco ad aliud, acquirit hanc praesentiam ad locum, quae praesentia vocatur Ubi, et pendet tamen a superficie extrinseca a superficie ambiente corpus, unde si aliquis moveretur in vacuo naturaliter vel supernaturaliter, non acquireret istam praesentiam localem positivam quia vero exposcit locum verum et realem Et hinc est quod hanc praesentiam aliqui nominent locum intrinsecum, superficiem vero locum extrinsecum. Species huius praedicamenti sunt sursum et deorsum, ante et retro, dextrum et sinistrum.

Species praedicamenti Ubi.

Proprietates.

Proprietates huius praedicamenti per se facile poterunt cognosci.

Octavum praedicamentum vocatur Quando.

Definitio Quando.

Et nihil est aliud quam forma quaedam accidentalis per quam unum dicitur esse intrinsice in tempore, sicut namque quia ex eo quod aliquod corpus commensuratur loco acquirit praesentiam intrinsecam realem, per quam formaliter et positive est praesens loco, ita ex commensuratione temporis, acquirit corpus existens in tempore hoc accidens intrinsecum quod vocatur Quando, id est, esse in tempore. Et hoc accidens producitur effective virtute in tempore

existente

existente pendet tn tmpa à qdie nova, à tpre sub quo res existit, sicut à simili dictu e de pdicato ubi.

Nonum pdtmtm e Situs.

Cuig essentiam alij gstituunt in denominae extrin-seca, orta à partibg universis vel à loco extrinseco. Sed hoc sentia falsa videtur. ptr. forma huig pdicati gstituit sepete pdicatum, go diversum à reliqs, go non debet esse forma in alio pdicato gstituta; sed locg e in alio pdicato saltem reductive, vi-nimir in pdicato quantitatis. go non potest esse forma huig pdicati. ptr 2o. situs e dispo partium in ordine ad locum sed haec dispo e forma intrinsca ea sto situato, go non pt tn gvenire à forma aliqua extrinseca. ma. patet ptr mini: dispo illa e v.g. sedere vel stare, sed sessio statio vel cu-bitio non sunt in scamno, superficie, aut loco, sed in stante, sedente, ut experientia ipsa docet. go situs non e tn denominatio extrinseca sumpta à loco vel superficie. Hac go sentia relicta, nos gstituimg essentiam pdicati situs in hoc quod sit accidens quoddam disponens partes sub-stae corporeae in ordine ad locum situs supi-num et pronum, erectum vel dejectum. vel aliter. Situs nil e aliud quam dispo vel ordinatio corporis in loco, situ quam aliqs dr stare sedere vel cubare, hinc

Defio situs.

huic hoc de situatione, quod sit partes corporis certa quadam ratione ordinatas, et talis dispositio multiplex. aliqua à natura, alia à libera voluntate, alia à casu. naturalis v.g. in homine quod in illo caput sit superiori loco, pedes in inferiori quod sit à natura: bruta vero item à natura habent caput praetensum ad terram, ante corpus, caeteras partes post et retro. Dispositio partium à libera voluntate sedere nunc postea stare; dispositio à casu est illa quod aliquis ex altissima labens turri talis habebit pedes supra, caput infra.

Circa hanc situationem quaeres 30 quomodo differat à situatione quantitatis cum et ipsa quantitas habeat extendere vel disponere partes corporis in ordine ad locum; R. Illam extensionem quantitatis differre in hoc à situ, quod quantitas secundario extendat partes substantiae corporeae in ordine ad locum, non determinando ad certam formam essendi in loco situm supinum et pronum, erectum vel depressum, sed relinquat partes à se extensas quasi indifferentes, ad hanc vel illam situationem, non curando utrum sint supina vel prona, recta vel depressa, quare ut tales partes corporis determinentur ad certam formam essendi in loco, requiritur aliquis modus disponens illas tali vel tali modo. Et situm hunc modum intrinsecum dico corpus stare

sedere

sedere vel iacere, et sic praedicamentum situs ut patet est distinctum a praedicamento quantitatis, reperitur tamen in substantiis corporeis non vero in materia.

Quaeres quomodo differat praedicamentum situs a praedicamento ubi? R. distingui ab illo realiter, sicut figura quae est species qualitatis a quantitate, nam sicut figura est dispositio quaedam resultans ex terminatione intrinseca quantitatis, ita situs est dispositio quaedam seu figura partium in loco existentium; ergo recte figura quaedam ipsius ubi, sequitur ad illud. Quod autem distinguantur realiter inter se probatur, quia sunt ab invicem separabilia. Quod probatur. Navigans in flumine acquirit varia ubi et diversas praesentias, retinet tamen eundem situm supposito quod maneat sedens in navi, ergo haec duo praedicamenta sunt ab invicem separabilia, saltem quoad suas species. et ergo distinguuntur realiter inter se.

Genus generalissimum huius praedicamenti est dispositio partium corporis cum ordine ad locum in eo. — *Genus generalissimum huius praedicamenti.*

Species sunt situs sessivus et stativus, sessio, statio aliaeque formae et modi dispositionis. — *Species sunt situs sessivus et stativus.*

Decimum praedicamentum dicitur Habitus

Cuius essentiam Suarez et alii putant existere in denominatione extrinseca, ut forma secundum illos huius praedicamenti sit vestis aut indumentum, haec tamen sententia falsa est, quia hoc praedicamentum est accidens,

ergo

go rao illius formalis non erit sutura, ut e nostris alias forma constitutiua accidentis erit sutura q alsundam e. Nec go huius pdicati essentiam

Essentia pdicati Habitus.

q ut e accidens dicimus consistere in quodam modo intrinseco desumpto tn in ordine ad vestem corpi applicatam. ex eo n. q vestes adiaceant corpi, et corpus vestitus resultat modus peculiaris accidentalis q appellatur habitus, unde Guitbertus in tit. de 6. pripiis, habitum definiuit hoc modo. habitus e corpum et eorum q circa corpus sunt, adiacentia, sdm quam haec eadem habere, illa haberi dnr. ut u.g. esse vestitum, galeatum, ocreatum, q oia explicant peculiarem modum accidentalem q dr habitus. Ex quo patet hoc pdicatum non signare corpus ipsum habens vestem, neque signare vestem habitam, sed significat medium quoddam accidens inter hoiem habentem vestem, et vestem habitam, proueniens ex eo q corpus habeat vestem.

Genus generalissimum.

Genus generalissimum huius pdicati e, esse vestitum seu habituatum.

Spes subalterna.

Spes subalterna sunt esse vestitum veste militari vel ciuili. Item esse calceatum simi calcimis. Et haec de 6. vltimis pdicamentis, quorum naam Deo dante fusius examinabimus in Phisica.

QVAEST,,